



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Veniunt ut solummodo temere agant, ut uentus uehemens ab Oriente,  
feruntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

## ANNOTATIONES.

eis porro restare, quām ut sese deuorari finant, ut im  
bellis ac incēmis aliqua præda, se aquilam deuorarc si-  
nit, quandoquidem, non sit quo reluctetur.

Videmus quām proprie, quām apposite dicere no-  
uerint Prophetæ, quām breuiter ac simul tamen co-  
piose rem aliquam explicitent. Quod enim aliis uel  
uno uerbo sic dixisset. Babylonij uenient & Hieroso-  
lyma deuastabunt, id multis edifferit uerbis Habacuc,  
ac omnia proprie explanat, aptisque comparationi-  
bus exornat, perinde atque dum rudi uulgo prædicat-  
tur, opus est, ut illi de pingatur, inculcetur, &  
quasi præmansum in os ingeratur, nihilque  
non tentetur, quo emolliri possint. Ad  
huc tamen quantum potest, iu-  
uat. Intelligenti uero illicet  
prædicatum est. Cō-  
moratur ita =  
que in ca =  
dem re.

Veniunt ut solummodo temerē a-  
gant, ut uentus uehemens ab Orientē,  
feruntur.

Supra exposui, quid sit temeritas, in quem & hic  
modum accipienda est, Vult enim Prophetæ dicere  
Babylonios nullius rei causa uenire, quām ut mœram  
exerccant

Cap.I. M. L V T H. I N H A B A C V C

exerceant iniuriam. Cuineq; misericordie, neq; iusticie  
ullus respectus erit tam etiam innocens, quam no-  
cens dura perferre cogetur, id quod plerumque fit, in  
communi terrae cuiusdam poena, ut innocentes segre-  
garinō possint, immo potius ante ceteros insontes pu-  
niantur. Atq; hic subindicat Habacuc, quam nihil uris  
fit regi Babyloniorum, tum aduersus Iudeos, tum ali-  
as terras, quas desolat, quom ait. Tantum ut temere a-  
gant, uenient. Qui autem temere ac uiolēter agit, is ne  
que iuste agit, neque iustum tuetur causam. Atq; hic  
profecto est titulus omnī plane imperiorū ac monar-  
chiarum in terris, pricipue earum, quae bellis se eri-  
gunt quemadmodum & Psal. 75. eiusmodi, mōtes pre-  
dæ adpellat, quare & ipsi tandem rursus uastatur, uti  
Babylonī & Rome contigit, ut adeo Augustinus bene  
pulchre q; dicat. Quid aliud sunt ampla imperia, quam  
ingentes rapinae? Eorum nihilominus tamen temeritate  
uititur Deus, ut ea, quos uelit, puniat.

Ventus ille uehemens (Eurus) est qui ab Oriente spi-  
rat, quem Latina Biblia uentum urentem nominant i-  
arefacientem & siccantem, qui & solis aestu noxiuor  
esse potest. Quemadmodum ē contrario, occiduius uē-  
tus (Zephyrus) humidus et frugifer est, qui ab Austro  
tempestatem ac procellas excitat. Qui ab Aquiloni uē-  
ro spirat, serenitatem parit ac nubila celi dispellit,  
quisque pro sua natura. Quaratione ergo uetus Ori-  
entalis arefacit, ac uim & succum terrae, & ex ea ger-  
minantium,

## ANNOTATIONES.

minantium, aufert, Sic Babylonij omnia deuastatum  
aduenient, in omnibus terris. Et ut uentum illum urens  
tem nemo prohibere potest, sic nemo Babylonij etiam  
resistere poterit. Horrendum propheta, exercitum il-  
lum longa sua pictura exhibet, si quomodo pertinaces  
Iudeos, uel emollire, uel terrere queat.

Captiuos ceu arenam colliger.

Hoc est, Quos in terris paſsim cœpit homines, tam  
inopes quam opulentos, citra ullum discriminem, immise  
ricorditer, permixtos ac indifferenter collectos abdu-  
xit, perinde atque foenum, aut stipula colligari in cu-  
mulum aut fascem ſolēt. Hebræis in more eſt, ut quoniam  
rei alicuius immensam copiam ſignificare uelint, are-  
nae comparent. Sic Gene. 22. Abrahāni ſemē, ut ſtellās  
cœli, arenamq; maris, multiplicandum Deus promi-  
tit. Itidem Iudic. 5. Tot erant Midianitæ in terra, ut are-  
na maris eſſent ſimiles. &c. Hac ratione hic dicit, Col-  
liget captiuos, ueluti arenam, id eſt immensam copiam.

Subſannabit reges, & principes deri-  
debit, omnes munitiōes illi ludus erūt,  
congeſto enim aggere capiet easdem.

Omnem consolationem & fiduciam adimit, ne quo  
humano auxilio niti queant iudei, nam eti reges, prin-  
cipes, munitiōes urbes, ut Ierusalem atq; Tyrus illi reſi-  
ſtant, maior tamen & fortior eſt Babyloniorum rex  
quam